Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXVI. Cessio ad Ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

obtineat firmitatem, quaſi geſtibus fuiſſet obligatum, manu propria ſubter decreui adfirmare, & qui ſubſcriberent in præſenti rogaui.

XXVI. *CESSIO AD Eccleſiam.*

DOminæ, ſanctæ ac reuerentiſſimæ Eccleſiæ ſancti illius, quæ eſt conſtructa in pago illo, in loco qui dicitur ille, Ego in Dei nomine ille, pro meis peccatis minuẽdis, vt in futurum Dominus veniam mihi præſtare dignetur cedo ad lumen, vel ſacrificium ad ipſam caſam Dei, vel ipſam domum Dei, ceſſumque in perpetuum eſſe volo, & de iure meo in ius, & dominationẽ ipſius Eccleſiæ tranſcribo, atque transfundo, hoc eſt res proprietatis meæ in pago illo, in loco qui dicitur ille, id eſt tam manſis, domibus, ędificiis totum & ad integrum re in ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiſita. Ita vt ab hodierna die, ipſa caſa Dei ad altare Domini profe-rendo, vel ad ipſam domum Dei condirigendo, ipſas res habere de-beat. Etſi mihi placuit inſerendum, vt nullus pontifex, aut quiſlibet re-ctor, ſi de ipſa caſa Dei, de ipſo lumi-ne vel ſacrificio ipſas res abſtrahere conauerit, aut in beneficium dare præſumpſerit, tunc ipſæ res ad me, vel heredes meos perueniãt. Si quis vero, quod nec fieri credo, ſi ego ip-ſe, aut vllus de heredibus meis, vel quælibet oppoſita perſona, quæ cõ-tra hãc ceſſionem iſtam, quam ego pleniſſima voluntate mea pro amo-re Domini noſtri Ieſu Chriſti, fieri & adfirmare rogaui, venire conaue-rit, inferat tibi, iſta tota ſeruata, vna cum ſocio fiſco, auri vncias tantas & præſens ceſſio omni tempore fir-ma permaneat.

XXVII. *PRE-*